Angelus

15 V 1405

Angelus de Balliombus de Perusio decretorum doctor domini nostri pape Cappellanus eiusque ac Camerarii ipsius et causarum curie Camere apostolice generalis Auditor
[…]e et singulis Abbatibus Prioribus Prepositis decanis Archidiaconis ceterisque Rectoribus presbiteris Capellanis curatis et non curatis Clericisque aliis quibuscumque et Notariis publicis
[…]tionibus per Civitatem et dioc. Gneznen. ac alias ubilibet constitutis seu locatis tenen. eorumdem ad quos presentes littere pervenerint Salutem in domino Exposuit nobis honorabilis
[…] Albertus de dorstolb domini nostri pape Penitentiarius quod nuper in lite et causa primo coram venerabili et circumspecto viro domino Nicolao Kersebom decretorum doctore predecessore nostro
[…]ro et deinde coram diversis dominis causarum sacri palatii apostolici Auditoribus ventilata inter ipsum dominum Albertum ex una parte et quendam dominum Michaelem Scolasticum Gneznen. de et super
[…]e xvii ducatorum auri et rebus aliis parte ex altera ipse dominus Albertus successive tres reportavit pro se sententias diffinitivas conformes per quas dictus dominus Michael predicto domino Alberto
[…] xvii ducatorum pro principali et quadragintanovem florenorum auri de camera pro expensis legitime factis finaliter extitit condempnatus prout predicta omnia in actis dicte litis et
[…]ius vidimus contineri De quibusquidem xvii ducatorum pro principali ac xlviiii florenorum auri de camera pro expensis predictis prelibatus dominus Michael supradicto domino Alberto hucusque
satisfacere curavit neque curat licet sepe et sepius super hoc requisitus et monitus fuerit et quod deterius est quasdam litteras monitorias per dominum dominum Nicolaum
[…] tunc causarum dicte curie generalem Auditorem predecessorem nostrum contra eundem dominum Michaelem super premissis emissas a quodam penitentiario ipsius domini Alberti in partibus
[…]pto sibi fraudulenter acquisivit et penes se retinuit et retinet ita quod earum executio ad Romanam non potest pervenire curiam in ipsius domini Alberti maximum dampnum
[…] Michaelis et anime sue detrimentum Quare nobis dictus dominus Albertus humiliter supplicavit ut sibi super premissis de remedio providemus oportuno et nostras litteras monitorias
[…] dominum Michaelem super premissis decernere dignaremur Unde nos Angelus Auditor prefatus attendentes requisitionem huiusmodi iuri fore consonam et quod pares preces
[…]ri nisi executioni demandarent et per executionem debitum sortirentur effectum Idcirco vobis omnibus et singulis supradictis in virtute sancte obedientie tenore
[…]cipimus et sub excommunicationis pena quam canonica monitione premissa in vos et vestrum quemlibet ferimus in hiis scriptis nisi feceritis quod mandamus districte
[…]mandatis receptis presentibus vos vel quicumque vestrum fuerit requisitus per vos vel alium seu alios prefatum dominum Michaelem Scolasticum Gneznen. ex parte nostra
[…] primo secundo tertio et peremptorie in eius propria persona quem nos etiam presentium tenore sic monemus Cui nichilominus sub excommunicationis pena quam dicta canonica
[…] premissa in eum exnunc prout extunc ferimus in hiis scriptis et promulgamus nisi fecerit quod mandamus districte precipiat et mandetur cui nos etiam presentium
[…]cipimus et mandamus ut infra duorum mensium spatium a die monitionis vestre huiusmodi ei intimate inantea computandum det solvat tradat et assignet realiter
[…] cum predicto domino Alberto aut eius procuratori vel nuntio speciali dictos xvii ducatorum auri pro debito principali et xlix florenorum auri de camera pro expensis supradictis
[…]is ipse dominus Michael prefato domino Alberto ut prefertur extitit finaliter condempnatus Aut cum eodem domino Alberto seu dicto eius procuratore vel nuntio speciali se
[…]iss amicabiliter concordet Seu infra terminum predictum coram nobis causam rationabilem si quam habeat cur ad predicta non teneatur proponere et allegare
Alioquin lapso dicto termino contra eundem dominum Michaelem prout iuris fuerit procedemus Diem vero executionis huiusmodi atque formam et quicquid feceritis
[…]s nobis per vestras patentes litteras harum seriem vel designationem continentes aut instrumentum publicum inde conficiendum remissis presentibus fideliter intimetis Dat.
[…] apud sanctum Cesarium Sub sigillo proprio dicte curie quo utimur die Quintadecima mensis May Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini
[…] Innocentii divina providentia pape Septimi Anno Primo n

[…]nus Coppardi Notarius

f

383

R^a

Magistri petri [illegible]